

SANCTUS HILARIUS

ante quam filius: si ex nihilo. qui ex deo filius: non in parte. quia
 plenitudo deitatis in filio: neque in aliquibus. quia in omnibus. Sed
 ut uoluit qui potuit. ut sciret qui genitur. quod in patre est. hoc & in
 filio est. quod in ingenito est. hoc & in unigenito. aliter ab altero. &
 utque unus. non duo unus. sed alius in alio. quia non aliud in utroque. patre
 in filio. quia ex eo filius. filius in patre. quia non aliunde. quod fili
 us. unigenitus in ingenito. quia ab ingenito unigenitus. ita in se
 inuicem. quia ut omnia in ingenito patre perfecta sunt. ita omnia
 in filio unigenito perfecta sunt. haec in filio & patre unitas. haec uir
 tus. haec caritas. haec spes. haec fides. haec ueritas. uia uita.
 non calumniare de uirtutibus suis deo. nec presertim ac potesta
 tem naturae subtrahere filio. patri ingenito nihil comparare uni
 genitum ab eo. nec tempore. nec uirtute discernere. deum filium
 qui ex deo est confiteri. Sunt istiusmodi in deo potestates. quarum
 curatio intelligentiae nostrae incomprehensibilis est. fides tamen
 pueritatem efficientiae in absoluto est. nec hoc in spiritalibus
 tantum. sed & in corporalibus deprehendimus. non ad naturam
 exempli. sed ad admirationem facti intelligibilis ostensum.
 Nuptiarum die. uinum in galilea ex aqua factum est. Nunquam
 consequatur aut sermo noster aut sensus. quibus modis de muta
 ta natura sit. ut aquae simplicitas defecerit. uini sapor natus
 sit. non per mixtio fuit. sed creatio. & creatio non a se coepta. sed
 ex alia in aliud existens. non per transfusionem potioris operatur
 quod infirmius est. sed aboletur quod erat. & quod non erat coepit.
 Sponsus tristis est. familiaratur batur. sollemnitas nuptiales
 conuiu periclitatur. ihesus rogatur. non exurgit aut instat.
 sed quiescentis eius hoc opus est. aqua hydrius infunditur.
 unum calicibus hauritur. infundentis scientiae. sensus non
 conuenit haurientis. qui infuderunt. hauriri aquam existimant.
 bant. qui hauriunt. uinum infusum arbitrantur. tempus quod

De permutatio
 ne aquarum
 in uinum.

Joan: 2.